Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Phedron elidensis socrati et platoni familiaris
valde fuit amborumque discipulus, fuitque phus
illustris et nomine eius plato librum de
immortalitate anime intytulauit
Eschilus phus vel poeta tragediarum scriptor
sicilus natione casu mirabili mortuus
fuisse legitur. Refert enim valerius li. 9.
quod quadam die menibus urbis in qua morabatur
egressus quodam loco resedit testudinem ferens
in altum vt super lapidem dimitteret quo ea fracta
carnibus vesceretur capitis poete splendore elusa
erat enim capillis vacuum caput eius elisit quo
vulnere eschiles mortuus est. Clarauit autem
eschilus temporibus dary regis persarum
Spensippus phus insignis discipulus
platonis fuit et nepos eius ex sorore
huius legitur illa esse sma quia in laudantem
se protulisse fertur. Adulator magis desine vtique
fallere nichil proficias cum te intelligam. Cum
epicurus voluptatem summum bonum putaret an-
tistenes autem socraticus summum malum. hic spe-
sippus voluptatem et dolorem duo mala esse
dicebat et opposita inter se. bonum autem quod vtrisque
medium foret
Apuleus affer phus platonicus atheniensis
claruit in greca et latina lingua doctis-
simus. hic platonem successit et libros plurimos
scripsit vnum de vita et moribus platonis. Aliud

125v